



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

Habitanti lucem inaccessibilem, Incomprehensibili, & Invisibili Tri fulgido,
Triradio, Tri Uni Soli. Sanctissimæ Trinitati Deo Trino, Et Uni. Soli Justitiæ
veræ, Patri; Splendori Paternæ Gloriæ, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)



Habitanti lucem inaccessibilem, Incomprehensibili, & Invisibili
Tri fulgido, Triradio, Tri Uni

SOLI.

SANCTISSIMÆ TRINITATI

DEO TRINO, ET UNI.

Soli Justitiæ veræ, Patri; Splendori Paternæ Gloriæ, Filio;
Lumini Veritatis justæ, Spiritui Sancto;

Trigeminæ Essentiæ, Uni Tricordi, & Trinæ
Monadi.

ARCHI-TYPO

Triformi Terni Univerfi,

Ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia.

TRIOCULO

Omnia videnti, audienti, & ordinanti,
Potentiâ, Sapientiâ, Bonitate.

TRIUM VIRALI MONARCHÆ,

Tribus digitis appendenti molem universæ Terræ,

Domino meo & Deo meo, Verbo Domini, &
Spiritui oris ejus.

MAJESTATI TRISAGIÆ,

Cui

Ter Sanctum, ter triplicatus Angelorum Chorus

ter sæculo - ævi - sempiternum S. S. S. Trifagium
occinit.

Trigono, Trifronti, & Trifaciali

SPECULO,

Hominum, Animarum, & Angelorum Beatorum.

TRIGEMMI CIRCULO,

Cujus punctum ubique circumferentia nusquam,

Triformi, Trilingui & Tricuspidi omnis Sapientiae
TRIMODIO.

Tribus

SUPREMIS PATRIBUS ^(a)

Principio & fine carentibus,

Patri Ingenito Genitori, Patri futuri saeculi Verbo, & Patri
Pauperum Spiritui Sancto.

A quibus omnis Paternitas, Filiatio & Gratia.

Tribus

Testimonium in caelestibus, terrestribus & Inferis perhibentibus

Patri, Verbo, & Spiritui Sancto,

Patri,

Omnipotenti, Aeterno, & Providenti;

Verbo,

Omniscio, Veraci & Sapienti;

Spiritui Sancto,

Immensae Bonitati, Unioni, & Ordini.

Patri,

Creanti, Praedestinati, & Vocanti:

Verbo,

Gubernanti, Redimenti, & Justificanti:

Spiritui Sancto,

Conservanti, Sanctificanti, & Glorificanti.

Patri,

Purganti, Principio, & Uni Divinitati:

Verbo,

Illuminanti, Medio, & aequali Gloriae:

Spiritui Sancto,

Perficiendi, Fini, & coaeternae Majestati;

TRINITATI SANCTAE,

Trinitati Supermirabili, Superinennarabili, Superinaccessibili,
Superincomprehensibili, Superintelligibili, Superessentiali,
Superessentialiter exuperanti

Omnem sensum, Omnem essentiam, Omnem potentiam
Supercaelestium Angelorum.

^(a)
Accipitur
in laxiore
significa-
tione.

August. So-
liloq. cap.
23.

Ine

Infiniæ Trium Infinitorum
CONJUNCTIONI.

Coæquali, Coæterno, Coessentiali

A. & Ω.

Tibi

J E H O V A!

Tripartitum Philosophiæ Cursum

D. D. D.

Tibi

Triinfantile nescientis loqui

A. A. A.

Nempe

Triplices Ætatis, Scientiæ & Sufficientiæ defectus
confiteor, fateor, & profiteor.

Tibi

Molestiam meritam in lectis, afflictionem vanam in dictis,
& inanem vanitatem in scriptis agnosco.

Tibi

Censuras plurium, Judicia multorum, qualemcunque omnium
sensum offero.

Tibi

Omnia lecta, scripta, impressa, refero.

Tibi

Authoritates collectas ex Patribus, rationes desumptas ex aliis
& methodum exiguum reddo.

Tibi

Do aliena, dono propria, omnia ut tua, dedico.

Tibi

Pro donis gratuitis, gratis gratis datis, & omnibus Beneficiis

Laus, Gloria, & Gratiarum actio!

Tibi

Pro tempore pretioso, accommodato loco, & occasione favente

Benedictio, Claritas, & Sapientia!

Tibi

Tibi

Pro applicatione ad studium, viribus in exequendo, & sanitate
in continuando

Honor, Virtus, & Fortitudo!

Pro omnibus & singulis, minimis & maximis,

Gloria

PATRI & FILIO, & SPIRITUI SANCTO!

Gloria.

Patri, in quo sum; Filio, in quo vivo; Spiritui S. in quo moveor!

Gloria.

Patri, qui me creavit; Filio, qui me redemit; Spiritui S. qui me justificavit!

Gloria.

Patri, qui me prædestinavit; Filio, qui sanguine suo me abluit; Spiritui S.
qui me glorificabit!

Amen, Amen, Amen!

Nunc

Pro defectibus, Negligentiis, & peccatis commissis,

Tuam exoro Benevolentiam, exopto Reconciliationem, & efflagito
Amicitiam.

Da

Septiformis Spiritus Sancti gratiam.

Da,

Ut credam firmiter, quæ de Te dicta sunt, in Lege, Moyse &
Evangelio.

Ut sperem anhelanter, quæ à Te promissa sunt, Veniam,
Gratiam & Gloriam.

Ut amem efficaciter, quæ à Te præcepta sunt, de Corde puro,
Conscientia bona, & Fide non ficta.

Da

Vitam Religiosam, felicem Exitum, & perenne Gaudium!

Ita tota mente, corde, & ore

vovet, optat, & desiderat

Minima creatura, pulvis & nihilum

AMANDUS HERMANN.